

PK 3079

.U7

1854a





1878 32 8, 11, 28

U P A L E K H A E

DE KRAMAPÂTHA LIBELLI

PARTICULA PRIOR,

PROLEGOMENA, TEXTUM, VERSIONEM,

VARIETATEM LECTIONIS

TENENS.

DISSERTATIO INAUGURALIS
PHILOLOGICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILIELMA BEROLINENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXIX M. MARTII A. MDCCCLIV.

H. L. Q. S.

PUBLICICE DEFENDET

AUCTOR

G U I L I E L M U S P E R T S C H

COBURGENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

E. ROSSELET, DR. PHIL.

A. BRANDT, DR. PHIL.

G. BOLZE, CAND. PHIL.

BEROLINI

TYPIS A. W. SCHADE.

PK3079
.U7
1854a

01500

'05.

WEBER COLLECTION.



PROLEGOMENA.

Codices, quibus usi opusculum hocce commentati sumus, hi fere sunt:

I. solum textum praebentes codd. mss. tres in manibus nobis erant, qui in collectione Chambersiana numeris 745 (A), 666 (B), 692 (C) notati in V. D. Weberi catalogo in numeris 38—40 descripti reperiuntur. Quod attinet ad cognationem, qua codices ejusdem operis eadem collectione asservati persaepe teneri solent, eam a tribus nostris codicibus remotam esse putamus; primitus enim alius ex alio non pendentis postquam in unius viri possessionem venerunt, inter se collati et in majorem mutuam similitudinem mutati esse videntur. Secundum aetatem ut nos fecimus disponendi esse videntur; nam annus, quo cod. A scriptus sit, in subscriptione S. 1513 nominatur, eodemque modo in cod. C S. 1709: cod. B in subscriptione quidem annum nullum indicat, sed in prima pagina alia quaedam manus annum S. 1650 adnotavit, ita ut ex hoc anno aequae ac ex literarum ductu codicem hunc B codice C vetustiore esse appareat, quum modus antiquior scribendi diphthongos a codice A usurpatus, a B neglectus priorem illius aetatem prodere videatur. Ceterum codici B, quamquam reliquis duobus pejori, ea tamen virtus communis est cum codice A, quod singula sùtra adjectis lineolis distinguat, etsi ne hoc quidem semper recte.

II. E duobus commentariis, qui in coll. Chamb. (587 et 785^b = Web. 41 et 42) asservantur, et quorum uterque plenum etiam textum continet, brevior, *Upalekhabhâshyam* inscriptus (587, U. Bh.) ab ignoto auctore compositus, praecipue nobis dux erat, qui, ut jam titulus „*bhâshyam*“ significat, non solum brevior, concinnior, magis perspicuus est quam alter ab auctore Bharadvâja¹⁾ *Upalekhapanjikâ* inscriptus (785^b, U. P.) qui haud raro res a praecepto illustrando magis minusve alienas profert, sed, id quod gravissimum, ubique intactus est, quum Pañjikâ ab insectis codicibus Indicis tam fatalibus adeo corrosa sit, ut persaepe eae tantum sententiae legi possint, quae medium folium obtineant, quum reliquum aut conjecturis supplendum, aut omnino in medio ponendum sit. Solum etiam ex omnibus codicibus Bhâshyam accentibus instructum est, nisi quod cod. B. iis locis Vedicis, quae caput II. affert, accentus addit.

III. Quibus praeterea ad illustrandum Upalekham usi sumus codices, hi sunt:

- 1) Prâtiçâkhyam Rîgvedasanhitae, quod codicibus Chamb. 595 et 691 = Weber 34 et 35 continetur. Hic ex illo manasse videtur.
- 2) Ejusdem operis commentarius ab Uvâta conscriptus, in singulorum capitum (*patala*) subscriptionibus *pârshadavyâkhyâ* (cf. Roth, zur Lit. und Gesch. p. 58) et *prâtiçâkhyabhâshyam* nominatus. Duorum codicum, qui hoc opus paene totum continent simulque Prâtiçâkhyi textum repetunt, Chamb. 714 et 394, descriptionem vide in Weberi catalogo in numeris 36 et 37. Notandum est, codicem Chamb. 394, qui posteriorem operis partem contineat, quum lacunis maximam quidem partem in margine expletis, tum mutationibus saepe nequaquam planis et perspicuis abundantem,

¹⁾ vel Bhâradvâja, ut etiam scribitur.

multo pejorem esse quam alterum, Chamb. 714; id quod nobis eo magis lugendum est, quod in illo codice 394 commentarius ad capita X et XI kramapâṭham tractantia, de quibus infra loquemur, reperitur.

- 3) Kâtyâyanae Prâṭiçâkhyasûtram Vâjasaneyisanhitâm spectans, Chamb. 35, cum ejusdem Uvaṭae commentario optimo *mâtrimodaka* dicto, Ch. 454, qui codex textum etiam Prâṭiçâkhyi repetit. Cat. Web. 163 et 164.
- 4) R̥igvedasanhitae codd. Chamb. 67, 60 et 61, 41 a et b in manibus nobis erant, quorum descriptionem vide apud Web. in numeris 4, 9 et 10, 15.

Praeter enumeratos passim alii etiam codices collectionis Chambersianae laudati inveniuntur, quos tamen in paucis quibus citantur locis nominare sufficiet.

I.

De kramapâṭha, quem sequentes plagulae tractabunt, quod ego quidem sciam, usque ad hoc tempus quatuor viri docti locuti sunt. Primam ejus mentionem, sed eam solam nominis mentionem, reperi in celebri Colebrookii commentatione „de Vedis“ inscripta, As. Res. VIII, p. 390; Misc. Ess. I. 21. Quae vero sit kramapâṭhae ratio primus explicare studuit V. D. Böhlingkius, Pâṇini II, p. 393 et 447; deinde V. Cl. Lassenius, Z. f. d. K. d. M. III, 469, praecipue vero IV, 248sq., quam Lassenii sententiam Böhlingkius quoque secutus est in Chrestomathia sua p. 353sq. Quod si Böhlingkius in Pâṇinis editione modum scribendi textum cohaerentem et singulis verbis euphonicis legibus inter se conjunctis (sanhitâpâṭham) padapâṭham, kramapâṭham vero separationem singulorum verborum (*padânâm*) esse dicit, quum contra Lassenius padapâṭham quidem recte definiat, kramapâṭham vero cohaerentem textum (sanhitâpâṭham) esse contendat, errores hi ex verbis Paṭañjalîs et Kaiyyaṭae quae Böhlingkius l. l.

attulit, satis obscuris, quae tamen antequam V. D. Rothius Prâtiçâkhyâ apperuit, solus fons erant, e quo definitio hauriri posset, facillime, quin etiam necessario provenerunt¹⁾. Rothius tandem, nisus Prâtiçâkhyorum auctoritate, recte quidem quid sit kramapâṭha explicavit (zur Lit. u. Gesch. d. V. p. 83), attamen, ut locus ille et commentationis ratio exigebant, tantum quasi extremis lineamentis modum hunc scribendi adumbravit.

Kramapâṭha vox, derivanda a radice *kram*, quam grammatici commentatoresque usurpant sensu duplicandi vocabulum literamve (cf. index s. v. *kram*), eam (ut notum est ex Rothii observationibus modo laudatis) sanhitae textum scribendi rationem significat, qua usque ad cujusvis hemistichii finem bina componuntur vocabula, ita ut primum cum altero, alterum cum tertio, tertium cum quarto, ultimum denique et cum antecedente jungatur, et vocabulo *iti* interposito repetatur. At quaerentibus nobis, quo consilio inanem hanc, ut videtur, taedique plenam verborum repetitionem instituerit Pâñcâla ille, Babhrus gente oriundus, qui a RPrât. XI. 33 et ab Uvaṭa ad h. l. kramapâṭhae inventor nominatur, jam Rothius l. l. verum attulit, eam ab caussam adhibitam eam esse ratus, ut quam certissimus redderetur textus. Quum enim nihil aliud agat padapâṭhae ratio (quo recentior est kramapâṭha²⁾), nisi

¹⁾ In locis Patañjalis et Kaiyyatae a Boehtlingkio allatis aut Kaiyyatae sententia, *prakrama* vocabulum idem significare, quod *kramapâṭha*, aut vox *ubhayathâ* apud Patañjalim falsa est; alterum enim alteri contradicit. Nam, si *ubhayathâ* recte positum est, *prakrame* nullo modo idem esse potest quod *kramapâṭhe*, quia altero exemplo, *pro nah modo kramapâṭhae scripto: pro nah | ùm ity ùm | nah . . .* (cf. not. ad Vâj. Pr. IV. 9. 21. Proleg. p. XV.), quae sequuntur verba, *bhâviny apy oti* (quamvis in sanhitâ o scribendum sit) sensu prorsus carent, *nah* enim in kramapâṭha quoque non nisi cum *pro* unum in kramam coactum occurrit. Sin vero *prakrama* revera idem significat quod *kramapâṭha*, eodem modo *ubhayathâ* falsum sit necesse est, nam soli alteri exemplo, *pra no muncata*, definitio illa *vyady api kramapâṭha s okâro nâ 'sti, sanhitâpâṭhe tu bhâvi 'ti, natvam na pra- ,artate* aptissima est; haec enim verba si modo kramapâṭhae scribantur: *pra nah | no muncata |* in membro priore o sanhitae omittitur, ita ut certe non supervacaneum sit, addere, quod nihilominus vox *nah* dentale suum *n* servet. Ceterum neque in Up., neque, quod sciam, in Prâtiç. hujusmodi praeceptum exstat, nec denique sanhitae usus Pâñinis decretum sequitur. Cfr. index pratikorum a nobis editus sub *pra nah* et *pari nah*, resp. no. ²⁾ Cf. Up. IV, 4. 12. 19; V, 1. 2. 4. 5; VI, 6; VII, 19 et loci Prâtiçâkhyi regulae Up. IV, 4 respondententes.

ut obsoleta jam tunc nec amplius communi obvia intelligentiae Vedorum lingua ita explicetur, ut verborum quidem divisio plana et perspicua reddatur, ratio kramapâṭhae praeterea quoque de genuina lectione vocabulorum bis in conspectum prolatorum dubitandi locum omnino praebet nullum. Ipsos vero Indos kramapâṭham sanhitae et padae conjunctionem esse dicere, simul utriusque virtutibus praeditam, ex loco Pañjikae apparet, quem statim afferemus.

Kramapâṭham aliquando post padapâṭham inventum esse, jam inde probabile videtur, quod prius in simplicem verborum divisionem commentatores incidere oportuit, quam in difficilius intricatumque scribendi genus kramapâṭhae. Accedit vero, quod et Prâṭicâkhyam et Upalekha in legibus, quas de scribendo kramapâṭha proferunt, de pada quasi jam perfecto loqui solent (cfr. loci in pag. IV. not. 2 allati), et quod praeterea krama nullo modo intactus et sancta inviolabilique auctoritate praeditus, sicuti pada, habebatur. Qua de re loco a Rothio l. l. relato nonnulla Bharadvâjæ verba adjicere nobis liceat, quae in Pañjikâ sua sûtro I. 14, quod primum de scribendo kramapâṭha praeceptum tradit, praemittit; dicit enim fol. 3^b: *padasamhitayor nityatvât kecit padâni pathanti, kecit samhitâm eva pathanti | . . . | ye samhitâm eva pathanti, padabhâgam na vindanti | padamadhye s py avasânam kurvanti | tato s sya brahmavyayanam samjâtam drishtvâ kaiçcic Châkalyâdibhih padavibhâgo darçitah | idam padam idam vâ padam iti | tasmin darçite punar api samhitâyâm samdeham samjâtam drishtvâ kaiçcic kramo drishtah | tatrai "va padam tatrai "va samhite' ti | evam kecid varnayanti || kecit punar evam dhuh | trîny api nityâni, padam samhitâ kramaçce' ti | tathâ ca çruticoditân chlokân (cod. — itâ çl^o) udâharayishyâmah | nirbhujam¹⁾ ca prakrishtâkhyam²⁾ ubhayavyâptir³⁾ eva ca | ekam eva hi tad brahma tridhâ kâle vyavasthitam || 1 || nirbhujam samdhivrittam syât, prakrishtam çuddhavarnatâ |*

1) sanhitâpâṭha.

2) padapâṭha.

3) kramapâṭha.

*yatro 'bhayam sphutam vyâptam, ubhayavyâptir eva sâ || 2 ||
triprakâram phalam dâtur madhye nînam tridhâ sthitam |
annam svargo (cod. svargyo) s bhayâkhyam¹⁾ ca vedabrahma
sanâtanam iti ||*

*evam anena sambandhena siddhasya kramasya laxanam bru-
vann âha | kramo dvaipadaça iti | ity^o*

Antiquissimus fons, unde haurienda est kramapâthae ejusque minutiarum notitia, decimum undecimumque Rîkprâtiçâkhyi sunt paçala, quae Rothius primus aperuit, undeque depromsit, quae de hac re exposuit. Nobis vero, quoniam in notis, quas Upalekhae adjecimus quoad fieri potuit ad locos Prâtiçâkhyi (veri Upalekhae fontis, ut infra demonstrabimus), quos auctor noster respexisse videtur, relegavimus, textum cum lectoribus communicemus oportet, qualem praebent tres illi codd. mss. bibliothecae regiae Berolinensis, de quibus jam supra locuti sumus. Operae pretium praeterea quoque facturi nobis videmur, si doctis viris ad Indicas literas incumbentibus, quibus remotis a majoribus bibliothecis quotidianus codicum mss. usus non contigit, majus hocce styli Rîkprâtiçâkhyi specimen praebemus. Versionem vero addere eam ob caussam omisimus, quod decimum quidem caput, cujus sensum ipsi accurate perspeximus, cuius lectori et commentarii interpretationibus et respondentibus Upalekhae locis adjectis non minus quam versione ipsa clarum et perspicuum apparebit; undecimi vero nos ipsos magnam partem nullo modo intellexisse confitendum est, idque eo liberius, quod praeter magnam et linguae et rei difficultatem codex etiam Ch. 394 in undecimo capite adeo incertus ac corruptus est, ut eum saepe neque intelligere neque huc adscribere potuerimus.

X.

1. *kramo dvâbhyâm abhikramya pratyádâyo 'ttaram tayoh |
uttareno 'pasamdadyât, tathâ 'rdharcam samâpayet ||*

¹⁾ Vñih. Âr. IV. 4. 24.

1. Up. B. 14 — 16. — *abhikramya | ârabhye 'ty arthah.*

2. *ekavarnam anokâram nate su- sme 'ti nahpare, | padena ca vyavetam yat padam tac ca vyavâyi ca ||*
3. *îm luptântam, plutâdini, skambhanene 'ti luptavat, | ito shincatâ 'var tamah pûrve dvaipadayor dvayoh ||*
4. *svasâram askrite 'ty ubhe, param vîrâsa etana, | atîtyai 'tâny avasyanti, plutâdiprabhritîni ca ||*
5. *pûrvottarakritam rūpam pratyâdânâvasânayoh | na brûyât, sarvam evâ 'nyad yathâsamhitam âcaret || 1 ||*
6. *avagrihyâny atikramya, sahetikaranâni ca, | dhaxidhuxipravâdau ca vikritâdi, plutâdi ca ||*
7. *antahpadam ca yeshâm syâd vikâro s nanyakâritah | etâni parigrihnyâd, bahumadhyagatâni ca ||*
8. *ardharcântyam ca, nâ 'kâram prâg ato s nanunâsikam | pratyâdâyai 'va tam brûyâd uttarena punah saha ||*
9. *upasthitam setikaranam, kevalam tu padam sthitam, | tat sthitopasthitam nâma yatro 'bhe âha samhite ||*
10. *adrishtavarne prathame codakah syât pradarçakah | etad ishtam, samâsâms tu punarvacana s ingayet || 2 ||*
11. *itipûrveshv asamdhânam pûrvaih, svah syâd asamhitam | tad avagrahavad brûyât, samdhir nâ 'rdharcayor bhavet ||*
12. *drishtakramatvât samayânt samdadhyât sarvaçah krame, | padena ca padâbhyâm ca prâg avasyet atîtya ca ||*

2. Up. I. 17. II. 19; II. 13, 24, 27. — 3. Up. I. 17, II. 1, 3—12, 14—17, 20—23, 26; II. 28; II. 25; II. 2. — *ito shincata* | âvar tamah | ity etayor dvaipadayoh pûrvapâde s tityâ 'vasyanti | parî 'to shincatâ sutam | ushâ âvar tamah | — 4. Up. II. 30; II. 18; II. 29. — *plutâdiprabhritîni ce 'ti* | cakâram vâçabdasyâ 'rthe varmayanti | *plutâdiprabhritîni vâ atityâ 'vasyanti* | yonim âraik | cit kambhanena | vîrâsa etana | parî 'tah (sic) shincata | (= Pr. XI. 7 dvayabhikramam pûrvanimittanâminas). — 5. = Up. III. 6 q. v. — 6. Up. IV. 5, IV. 2, IV. 4; IV. 6; IV. 10. — 7. Up. IV. 7; IV. 8. — 8. Up. IV. 11, IV. 9; IV. 13. — *ananunâsikam âkâram ardharcântiyât prâk, tam âkâram na parigrihnyât* | mandram â varenyam (RV. IX. 65. 29) | prâg ata iti kim | tanûshv â (ib. 30) | e 'ty â | *ananunâsikam iti kim* | gabhira âm ugraputre | e 'ty â || — 9. = Pr. XI. 15. — 10. = Pr. XI. 14^b; Up. IV. 3. — *codakah* | parigraha ity anarthântaram. — *samâsântam, textus codd.* — 11. U. Bh. post Up. IV. 12; IX. 23. — Commentarius Ch. 394 legit: *itipûrveshu samdhânam. — pûrvaih* | sc. âcâryaih | *asmâkam (âcâryair) api svar iti 'dam padam asamhitam syât* | . . . | *sva itipratyaye tad avagrahavad brûyât* | *avagrahavad iti yathâ mâtrâkâlo* (cod. mâ kâlo) | *s naram syât* | cfr. nota ad Up. IV. 3. — *samdhir ity^o.* v. not. ad Up. IX. 23. — 12. Up. IV. 15; IX. 20, 21. — codd. *samayât*.

13. *nakárasyo* "shma^{va}d vrittam, plutopácarite, natih, |
praçleshaç ca pragrihyasya prakrityá syuh parigrahe ||
14. *çauddhâxarâgamo s paiti, nyâyam yânty uttare trayah: |*
riphitány, úshmano s ghoshe, dûbhâvah svadhiti'va ca || 3 ||
 || *daçamam patalam* || *prâtiçákhye dvitîyá -*
dhyâyasya caturtham patalam ||

XI.

1. *athâ* "rshyalopena yad âha sa kramah
samânakâlam padasamhitam dvayoh, |
atho s bahûnâm avilopakâranah
parair avasyanty atigamyâ kânicit ||
2. *apriktam ekâxaram adviyoni yat*
tad ânunâsikyabhayâd atîyate |
natam ca pûvena parasya kâranam
nateh parasyo 'bhayahetusamgrahât ||
3. *parî 'ta ity uttaram etayor dvayoh*
param hi pûrvo namatî 'ty atîyate, |
tato s pare samdhyam apexya kâranam
tadarthajam dvikramam atra kurvate ||
4. *tamahparam rephanimittasamçayât*
tathâ 'var ity etad apodyate padam, |
ado pito, so cid, ushar vasûyavo,
na dhaxi-dhuxî 'ty api câ 'tiyanti kim? ||

13. Up. V. 6, IV. 28, V. 7, V. 1, 2, 3, 4; Pr. XI. 19^b. — *plutaç ca upâcaritaç ca natiç ca* | . . . | *upâcaritah | jyotishkrid asi | jyotishkrid iti jyotih - krid* || — *pragrihyasya praçleshah | dampati'va kratuvidâ | dampati s ive 'ti dampati s iva | pragrihyasye 'ti kim | çvaghnî 'va yah | çvaghnî 've 'ti çvaghnî s iva* || Textus duo codd. legunt: *praçleshasya pragrihyasya*. — 14. Up. VI. 3—5; VI. 1, 2, VI. 6, VI. 7. — *çauddhâxarâgamo s paiti* | . . . | *puruçcandram yajatam | purucandram iti puru - candram | vanarshado vâyavam | vanasada iti vana - sadah* || *nyâyam yânti | prakritim gachanti 'ty arthah* ||. — *úshmanas, omnes* codd. (cfr. Pr. XI. 20.)

1. Up. I. 14, 15; I. 17 — II. 30. — 2. Up. I. 17 et II. 19. — 3. Up. II. 25. *apare* sc. *âcâryâh*, cf. not. ad Up. II. 25. — 4. Up. II. 2. — *ado pito* RV. I. 187. 7. *so cit*, X. 11. 3 — 23, 4 — 50. 2 et saepius. — *ushar vasûyavah* I. 49. 4.

5. *svasáram ity etad apodyate padam*
parah sakáro s pajano s skrite 'ti ca |
nir askrite 'ti hy upasargakáritas
tadanvayád ácaritam tu pancabhñh ||
6. *sahe 'ti ce "m, e 'ti ca raktasamhitam,*
gunágamád etanabhávi ce 'tana, |
padam ca cáskambha cid ity atah param,
plutádi cai, "táni nimittasamçayát || 1 ||
7. *dvyabhikramam pûrvanimittamáninas*
trishú 'ttameshv áhur anantaram hi tat, |
anantaram tv eva caturthashashthayoh
param, katham tatra ca na dvyabhikramam? ||
8. *anânupûrvye padasamdhyadarçanât*
padavyavetam ca padavyaváyi ca, |
tato s pare dvikramam áhur áçrayát
kritá viluptá 'tra hi varnasamhitá ||
9. *padánupûrvyena sapûrva ágatas*
tato vyavetam ca saha vyaváyi ca, |
tato niráhe 'tarayoç ca te pade,
tato vyavetena parasya samhitá ||
10. *anantare trikramakârane yadi,*
tribhñç ca Gárgyah, punar eva ca tribhñh, |
trisamgame pancabhir árshyanugrahaç,
catuhkramas tv ácarite s tra Çákalaih ||
11. *alopabhávád apare bahukramam*
pratisvam árshñ 'ti na kurvate kvacit, |
asarvaças, triprabhkritishv anekaçañh
smaranti samkhyániyamena Çákalam ||

5. Up. II. 30. — 6. Up. I. 17 (cf. not. ad h. l.). II. 1. 3—12. 14—17. 20—23. 26. — 7. *trishú 'ttameshu | ekárasakáraplutádinám. — caturthashashthayoh | ushá ávar tamah, yam i garbham. — param | padam nimit tam bhavitum arhati. — 8. Up. II. 13, 24, 27. — 9. Chamb. 691 legit átatas, eodemque modo comm. in explicatione, quum in textu ágatas offerat. — niráha | parigráhena yojayati 'ty arthah. — itarayoh | avidyamánapûrvayoh (Up. II. 13, 24, 27). — 10. anantare | avyavahite (cfr. ind. s. v. vy-ava-dhá) Ex. ud á shu | ú shu nah || alii: ud á shu no vaso || Çákaláh: ud á shu nah || —*

12. *ayāvane pūrvavidhānam ācared,*
yathāpadam samdhim apetahetushu, |
ato padābhyām samayam padena ca
krameshv avasyed atigamya samdadhat || 2 ||
13. *sahetikārāni, samāsam, antabhāg,*
bahukrame madhyagatāni yāni ca, |
trīṭīyatām yasya gachati co "shmarān,
ananyayogam vikritam, phutādi ca ||
14. *atītya teshām padatām pradarçayet,*
krite tu Gārgyasya punas tryabhikrame, |
adrishtavarne prathame pradarçanam
smaranti, tam tatra nirāha codakah ||
15. *padam yadā kevalam āha sā sthitir,*
yade 'tikārāntam upasthitam tadā, |
atho viparyasya samasya cā "ha te
yadā, sthitopasthitam ācaranty uta ||
16. *punar bruvams tatra samāsam ingayet,*
sva ity ato s nyeshu ca samdhim ācaret, |
avagrahasye 'va hi kāladhāranā
parigrahe s stī 'ty upadhe 'ty anusmritā ||
17. *abhikrameto 'bhayato s nusamhitam,*
tato s sya paçcāt padatām pradarçayet, |
yathāpadam cā 'nyatarena samdadhat
trishū 'ttameshv etad alopasambhavāt ||
18. *araktasamdhy e 'ty apavādyate padam,*
punas tad uktvādhyavasāya pūrvavat |
tathā yadrichopānate bahukrame
krameta tasyai "kapadāni nihsrijan || 3 ||

12. *ayāvane* | *amiçrane*. — Up. III. 3, 4, IX. 20, 21. — *adhigamya* textus codd. — 13. Up. IV. 4; 5; 11; 8; 6; 7; 10. — *so"shmarān* Ch. 691 et Comm. — 14. Up. IV. 2. — b=Pr. X. 10 a. — 15. = Pr. X. 9. — *viparyasya samasya*, inverso ordine conjungens, primo upasthitam, dein sthitam. — 16. Up. IV. 3; U. Bh. post IV. 12. — *anyeshu tu s^o*, textus codd. — *anusmritē* | *Çākalaiḥ*. — 17. Up. IV. 12? — 18. Up. IV. 13. Ex. *mandram ā varenyam* | *ā varenyam* | *araktasandhī 'ti kasmāt* | *abhra s ām 2 apah* | *e 'ty ā* | Up. IV. 9. — Ex. ad b: *ā nv e 'tāni* | *nv e 'tāni* | *e 'tāni* | *itāni* || .

19. *nakâraloposhmarabhâvam ânayed*
apetarâgam prakritim parigrahe, |
natim plutopâcarite ca, yatra ca
pragrihyam ekîbhavati svarodayam ||
20. *pravâdino dînâça — dûdhya — dûlabhân,*
pareshv aghosheshu ca repham ûshmanah, |
mahâpradeçam svadhiti' va câ'nayet,
nudec ca çauddhâxarasamdhim âgamam ||
21. *abhikrame pûrvaividhânam âcaret,*
punar bruvams tû 'ttarakâritam krame, |
vikâram anyapadato s nusamhitam
tad âcared, antagatâd yayos tu na ||
22. *sakrid yathâsamhitam eshu câ 'caret,*
punar vivaxan padam apy asamdadhat, |
parigrahe samdhishu kâranânvayâd,
avikramam dvjûshmasu co 'shmasamdhishu ||
23. *samânakâlâv asamânakâranâv*
anantarau vâ yadi samnigachatah |
padasya doshâv atha hetvasamgrahe
niyuktam ârshy anyatarena lupyate ||
24. *makâralope vikritasvaropadhe*
tritîyabhâve prathamasya ca dhruvam, |
viparyayo ve 'tarathâ 'bhyupeyushâm,
atho 'bhayeshâm anunâsikodaye ||
25. *atho nate no 'pahite s nunâsike,*
tathâxarasya krama s ekapâtinah, |
na câ 'tra pûrvasvaritena samhitâm
labheta tasmin niyatasvarodaye || 4 ||
26. *yadâ ca gachaty anudâttam axaram*

19. Up. V. 6; V. 1, 2, 3, 4; IV. 18; V. 7; Pr. X. 13^b. — 20. Up. VI. 6; VI. 1, 2; VI. 7; VI. 3, 4, 5. — 595 *tadec ca*; 691 *tad eva*. — 21. Up. III. 3, 4, 5. — 22. Up. IV. 12; not. ad Up. IX. 7. — 23. Comm. *hetvasamgrahe*, quod tamen mutatum est in *hetvasamgrahe*. — 24. *vikritah* Comm. — *ce 'tar^o* Comm. — 25. *niyatah sv^o*, textus codd. — 26. Inde ab hoc versu commentarii codex ms. Ch. 394 multo magis etiam corruptus est quam praeterea, ita ut eum, ut jam supra diximus, multis locis neque intelligere, neque huc adscribere potuerimus.

- vaçam padâder udayasya tena ca, |*
udâttapûrve niyatasvarodaye
paro vilopo niyato yadâ 'varah ||
27. *svaraikadeçam svaritasya co 'ttaram*
yadâ nihanyâd animittam axaram, |
udâttapûrvo s py anudâttasamgamo
yadâ svarau dvau labhate s pi vâ bahûn ||
28. *yathâpraklipte svaravarnasamhite*
tayos taylor axaravarnâyos tadâ |
adarçane nâ 'rshyavilopa ishyate
krameshv anârsham bruvate s pare scaram ||
29. *adrishtam ârshyâm yadi driçyate krame*
vilopam eva bruvate s pare tathâ |
sakâranâny ârshyavilopavikramah
kramena yukto s pi bahûni samdadhat ||
30. *padam padântaç ca yadâ na gachati*
svarâvasânâ sa tu yo s tra yujyate |
tadâ 'nurûpam labhate nirâkritam
na cen nirâho 'panivritya tat padam ||
31. *sthitih sthitopasthitayoç ca driçyate*
padam yathâvad vyayavad vyupasthite |
kvacit sthitau cai 'vam ato s dhi Çâkalâh
krame sthitopasthitam âcaranty uta || 5 ||
32. *krameta sarvâni padâni nirbruvann*
iti smaranty, âcaritam tu no 'nnayet |
kramasya vartma smritisambhavau bruvan
samâdhim asyâ 'nv itarâni kîrtayet ||
33. *yathopadishtam kramaçâstram âditah*
punah prithak tair vividhair na sâdhvat,
iti pra Bâbhavya uvâca ca kramam
kramapravaktâ prathamam çaçamsa ca ||

28. *ucyate* Comm. pro *ishyate*. — *yathâpraklipte | yena prakârena vihite*. —
 29. *ârshyâ*, textus codd. — *ârshavilopah* Comm. — 31. *sthitasthitopa*^o text.
 codd. — 32. *no 'nnayet* Ch. 595, et Comm., qui tamen hanc lectionem mu-
 tavit ex ea quam alter etiam textus codex offert, *no 'tkramet*. — 33. *kramah pra-*
vaktâ, textus codd. De versibus 34—37 locutus est Rothius, zur Lit. u. Gesch. p. 85.

34. *kramena nâ 'rthah padasamhitâvidah*
pûrvaprasiddhâçrayapûrvasiddhibhih |
akritsnasiddhaç ca, na câ 'nyasâdhako,
na co 'dayâpâyakaro, na ca çrutah ||
35. *asidhyatah siddhiviparyayo yadi*
prasidhyato s siddhiviparyayas tathâ, |
sahâpavâdeshu ca satsu na kramah
pradeçaçâstreshu bhavaty anarthakah ||
36. *viparyayâc châstrasamâdhidarçanât*
purâprasiddher ubhayor anâçrayât |
samabhyupeyâd bahubhiç ca sâdhubhih
çruteç ca samânakarah kramo s rthavân ||
37. *ritena ca dvaipadasamhitâ svarau*
prasidhyatah pâranakarma co 'ttamam |
kramâd ato s py rigyajushâm ca vrimhanam
padaih svaraiç câ 'dhyayanam yathâ tribhih || 6 ||
 || *ekâdaçam patalam || prâtiçâkhye dvitîyâdhyâsyasya pancamam*
patalam || .

Iam vero, quum animum ad duo illa Prâtiçâkhyi capita advertimus, primo obtutu offendit, quod alterum praeter expectationem non pergit exponere quae prius incepit, sed omnino eadem continet docetque aliis tantum iisque pluribus verbis, adjectis nonnullis rebus, de quibus (ut de accentibus) decimum caput praecepta tradere omisit, quae tamen paene omnes e generalibus quibusdam legibus alibi a Prâtiçâkhyo datis per se sequuntur. Qua e ratione, quae est inter duo illa Prâtiçâkhyi capita, nostra quidem sententia apparere videtur, non eundem auctorem, non Çaunakam, cui ab Indis Prâtiçâkhyam Riksamhitae tribuitur, utrumque caput composuisse. Alterum vero, idque undecimum, posteris temporibus textui insertum esse omnino non dubitandum esse videtur, primum quod locus post decimum caput ei assignatus originem ejus posteriorem

35. Codd. semper °siddhya°. — Ch. 691 legit *nah kramah*. — 37. *pâ-râyanakarma* Comm.

arguit, deinde quod fusius copiosiusque, ut jam diximus, de iisdem rebus agit simulque saepissime diversas grammaticorum sententias citat. At quod attinet ad eam quam modo attigimus quaestionem, quid in Prâtiçâkhyo hoc primum sit genuinumque, quid posteris temporibus insertum atque adjectum, quum digna sit, quae singulari commentatione illustretur, hoc in libello passim tantum locos memorabimus, qui omnem de textus retractatione aliquo modo facta dubitationem tollent (cf. not. ad Up. I. 1). Qua in re metrum quoque, ut nos quidem censemus, magni momenti est, quum capita çlokis composita ante ea quae *jagatî* vel *trishtubh* metrum exhibent, composita esse videantur. Praeterquam enim quod res difficiles magisque explicationibus indigentes pertractant (Paç. III. accentus, X. kramapâtham, XV—XVIII. metra), etiam eorum sermonem dicendique modum simpliciora putamus, eorumque phraseologiam minus expolitam atque artificiosam. Quam tamen sententiam ut pro certa argumentisque satis munita accipiamus tantum abest (quum non nisi leviter adhuc Prâtiçâkhyam perlegerimus), ut accuratius nos in hanc rem inquisituros esse futuri temporis otio concesso promittendum sit.

Priusquam vero de Upalekha ipso pauca disseramus, liceat nobis, quoniam haud raro hujus quoque operis typis nondum impressi testimonio utemur, Vâjasaneyi-Prâtiçâkhyi (Kâtyâyanae Prâtiçâkhyasûtrorum) quoque locum, qui de kramapâtha agit, afferre. Reperitur enim in codd. Chamb. 35 fol. 9^a sq., et commentario instructus Chamb. 454. fol. 77^a sqq.:

IV. 9. 14. *kramah smritiprayojanah.* — 15. *dve dve pade samdadhâty uttarenô ttaram â vasânâd apriktavarjam.* —

14. Comm.: *samhitâdhyâpane prasiddham prayojanam | yajne svâdhyâye ca samhitai "va vimijyate | tathâ padânâm arthaparijânâdvârena samhitayâ saha sambandhât padâdhyâpanasya samhitârthaparijânânam prayojanam iti gamyate | | evam samhitâpâthe padapâthe ca prasiddham prayojanam, na tathâ kramapâtha s ity, ata âha | smritiprayojana iti | smritih prayojanam asye 'ti smritiprayojanah | ity^o Kâtyâyana igitur kramapâthae utilitatem in eo positam esse censet, quod memoriam adjuvet in ediscendis ac tenendis hymnis Vedicis. — Textus codex legit smritiprayojanam. — 15. Up. I. 14—17.*

16. *apriktamadhyāni trīni, sa trikramah.* — 17. *punar ākāreno 'ttaram.* — 18. *mo-shū-nā 'bhī-shu-nau ca.* — 19. *ca-tvāry apriktapūrve nakārapare sau.* — 20. *makārapare cai "ke.* — 21. *punah supadeno "ttaram.* — 22. *pūrvottara-samhitasya sthitopasthitam avagrihyasya.* — 23. *supade Çākatāyanah.* — 24. *antahpadadīrghābhāve.* — 25. *vināme.* — 26. *pragrihye.* — 27. *riphite s nirukte.* — 28. *avasāne ca.* — 29. *yathāsamāmnātam kramāvasānam samkrameshu.*

At, quod in notis quas Upalekhae adjecimus saepius citata e Prātiçākhyis desumta ipsis verbis non adjectis lectorum ob oculos venient, ita ut tanquam ex longinquo prospicientes de eo tempore cogitaverimus, quo totum Prātiçākhyam typis expressum doctorum virorum in manibus sit, a reprehensione tamen satis muniti esse nobis videmur; praeterquam enim quod minus arcte cum hujus libelli consilio cohaerent, nihil gestientis, nisi ut kramapāṭha explicetur, ipsi loci ex ordine nexuque sententiarum sublatis ut intelligerentur haud raro commentario egerent ampliore et copiosiore quam ipse Upalekhae locus, ad quem eos attulimus.

Denique, ne illustrissimi recentioris artis grammaticae operis plane obliterati esse videamur, Pāṇinis de varṇakrama quidem

17. Up. IV. 13. — 18. Up. I. 17. — 19. Up. I. 17. Comm.: *ca-tvāri padāni sandadhāti | ūrdhva u shu nah | ūm ity ū | su nah | na ūtaye ||* — Codd. *nakāre pare.* — 20. Comm.: *māhīm ū shu mātaram | ūm ity ūm | su mātaram || jaghanyaç cā 'yam pavah |* — deest in Up. — 21. Comm. exempla haec affert: *mo shu nah | mo iti mo | su nah || gomad ū shu nāsatyā | gomad iti go s mat | ūm ity ūm | su nāsatyā ||* Praeceptum hoc aeque ac exempla ad 15 prolata (*ud u tyam | ūm ity ūm | tyam jātavedasam || tam u tvā | ūm ity ūm | tvā dadhyañ |*) addunt quod Upalekha exponere omisit, quomodo bahukrama in pratyādhāno ponendus sit. — 22. Up. IV. 5 et 2. Comment. lectionem *pūrvasyo 'ttarasamhitasya* offert; textus *pūrvottaram sah^o*; cfr. RPrāt. X. 9 et XI. 15. — 23. cfr. Up. IV. 8. — Comm.: *mo shu nah | mo iti mo | sv iti su | . . . etac ca padasvarūpajñāpanārtham | vinā "pi veshakena padasvarūpam jñāyata iti Çākatāyanamatam na sādhyah ||* — 24. Up. IV. 7 et 18. — 25. Up. IV. 7 et V. 1—4. — Comm.: *vināmaçabdena dantyasya mūrdhanyabhāva ucyaite ||* — 26. Up. IV. 4. — 27. Up. VII. 12. — *visarjanīyo riphita ity asmin adhikāre yāni padāni vihītāni, teshām atra grahanam (Vāj. Pr. I. 6. 53—61) . . . anirukte | samhītāyām anirjātarephe.* — 28. Up. IV. 11. — 29. cfr. Up. IX. 20—22. Comm.: *galat padam atikramya galatā saha sandhānam samkrama ity ucyaite | kramasandhivishayabhūteshu yena prakārena kramāvasānam paripāṭhitam, tenai 'va bhavati ||* Apparet ex hac commentarii explicatione, samkramam nihil esse, nisi samayae (cfr. not. ad Up. IV. 13—16) cum insequente voce conjunctionem.

VIII. 4. 46—52 egit, de padakrama vero sūtra tradere neglexit. In ipso enim ejus opere in solo sūtro IV. 2. 61, quod tamen, quum in Mahābhāshyo non explicetur, posteriore tempore adjectum esse non improbabile est, padakrama significari videtur, quum praeterea gaṇa *ukthādayas* distincte eum nominet.

II.

Iam vero, ut ipsius Upalekhae rationem habeamus, primum de ejus auctore, de tempore quo conscriptus sit, de significatione nominis quaerendum est.

Nihil omnino de auctore nos reperisse confitendum est, quum ejus nomen neque in ullo textus codice ms., neque in alterutro commentario occurrat, nisi forte in primis Pañjikae foliis exstet, quae (cf. cat. Weberi n. 42) in manibus nobis non erant. Neque tempus, quo confectus sit, definiri potest, nisi aliorum operum ordine, id quod jam satis assuevimus, in univsum comparato. Incidit enim Upalekhae editio in recentiora tempora quam Prâtiçākhyi, cujus rei argumentum, idque gravissimum non deest, quum Upalekha, ut infra demonstrabimus, omnino pendeat ex Prâtiçākhyo. Spatium vero temporis inter utrumque opus interjectum breve non esse videtur; quum enim Prâtiçākhyi auctorem semper verbis *brû*, *ah*, *vac* (cfr. ind. s. vv.) pro verbis scribendi significatione praeditis usum tempore vixisse quo ars scribendi nondum satis innotuisset, improbabile nullo modo nobis videatur, fieri vix poterit, quin Upalekhae auctorem scripturae gnarum putemus, qui radicem *likh* in titulo operis sui adhibuerit. At quod ipse haud raro radice *brû* utitur, nunquam vero verbo scribendi sensum exprimente, inde factum videtur, quod omni modo Prâtiçākhyam ejusque terminologiam sequi solet. Denique, quam tituli Upalekhae ipsum Bhāshyam tradit explicationem, fol. 19^a: *kramam imam ubhayābhigītam* (Cod. um^o) *upa, samīpe sadriçā viçeshdh, samnihitā ity arthah | te likhyante yasmin, tån lekhyati, ganayati, kritsnaço nirūpayati, ity upalekhaḥ | utpote vere Indi-*

cam, minime accipiendam esse, per se intelligitur. Immo vocabulum *upalekha* compositum esse videtur ex *lekha*, libellus, scriptum (Wils. et Haught.: a lettre, an epistle), et *upa*, quam praepositionem persaepe ad exprimendam inferioritatem quandam adhibitam esse voces demonstrant ut *upakathâ*, *upaja*, *upadevatâ*, *upadharmâ*, *upanâman*, et quae scriptorum genera denotant *upapurâna*, *upaveda*, *upavyâkhyâna*, *upaçixâ*, *upâkhyâna*; quin etiam in propriis nominibus peculiarem illam vim praepositionem nostram servasse, nota illa Sundae et Upasundae nomina testantur. Quod si his nisi auctoritatibus titulo *Upalekhae* sensum „libelli inferioris momenti et ex alio quodam opere pendentis“ vindicamus (id quod vernacula lingua diceremus „ein sekundäres Schriftchen“), quod solum inter hunc titulum et illos modo allatos intercedit, id est, quod vocibus *upapurâna*, *upaveda* etc. respondent librorum tituli *purâna*, *veda* etc., quum titulum *lekha* eodem modo nostro *upalekha* respondentem neque unquam invenerimus, neque omnino exstare ob parvam vocabuli concinnitatem pro certo habere possimus. Quod vero attinet ad sensum, ut ita dicam, interiorum, nil est, quod non sub *lekha* duo illa *Prâtiçâkhyi* capita intelligenda esse censeamus, quae auctor noster, quum titulo aliquo accuratiore careant, generali illa voce *lekha* designarit.

Auctorem enim ignotum in conscribendo *Upalekha* re vera *Prâtiçâkhyi* auctoritatem secutum esse, statim apparebit, quum perlegentes ejus opusculum locorum 11. *Prâtiçâkhyi* rationem habebimus videbimusque, nonnullos versus totos ad verba e *Prâtiçâkhyo* depromptos esse. Accedit etiam, quod ipse *Upalekha* se e *Prâtiçâkhyo* pendere subscriptione sua *namah Çaunakâya*, *namah Çaunakâya* significat, *Bhâshyique* auctor satis clare idem dicit, subscriptioni illi quo magis illustretur haec verba adjiciens: fol. 19^a^b: *çâstrânte vridham* (cod. *vridhad*) *âcâryam namaskaroti | namah Çaunakâya, namah Çaunakâya | âdarârthah paritoshârtho vâ doirabhyâsah ||* Praeterea etiam *Pañjikâ* saepissime (id quod praecipue ex

notis ad secundum Upalekhae caput apparebit) ad Prâtiçâkhyam respicit. At quum locos Prâtiçâkhyi cum Upalekhae respondentibus conferimus, docemur Upalekham, quum paene omnia ejus sùtra inde a capite VII excepta appendice (IX. 6 sqq. de quo vide infra) nil nisi communes generalesque proponant leges ad kramam et parigraham relatas, in praeceptis contra quae tradat ad cognoscendum kramapâtham plane necessaria (I. 14 — VI incl.) gradatim paene et interdum ad verba decimum sequi pañalam, omissis omnibus undecimi pañali additamentis caussas irregularitatum diversasque grammaticorum sententias tractantibus. Quae quum ita se habeant, fieri saltem potuit, ut nondum noverit Upalekhae auctor undecimum pañalam, solumque decimum in manibus habuerit. Nec mirandum est, quod e contrario Bharadvâja undecimum semper laudat pañalam; quam primum enim undecimum pañalam, conscriptum quia accuratiore opus erat et copiosiore tractatione earum rerum, de quibus decimum agit, exstabat, decimum minus in usu fuisse probabile est.

Partium libelli nostri distributio hunc in modum facta est:

I. 1—13. generales continent grammaticas notiones, quibus opus est ad intelligendum Upalekham.

14—16. in universum explicant, quid sit kramapâtha.

17—II. 30. locos et exempla recensent, in quibus plura duobus verba in unum kramam coguntur.

III. 1, 2. accuratius explicant sùtram I. 16.

3—6. exponunt, quomodo quod attineat ad singularum vocum formas differant aut congruant inter se krama et sanhitâ.

7. ?

IV—VI. leges praescribunt de parigrihyis et de parigraha.

VII. euphonica *iti* particulae cum voce in parigraha ei praecedente conjunctio.

VIII. 1—6. eadem cum insequente voce.

7—12. leges continent de kramae et prioris parigrahae vocis accentu.

IX. 1—5. leges de accentu vocis in parigraha post *iti* positae.

6—26. appendix, additamenta afferens; agit enim sùtr. 6. de samâpâdyis.

7—18. de kampa.

19. de compositis (suppl. ad I. 14).

20—23. de samaya (suppl. ad IV. 15).

24, 25. iterum de kampa.

26. de versibus, qui in pada quoque et krama sanhitae formam servant.

Similem partium distributionem U. Bh. ipsum in fine tradit hisce verbis, fol. 19^a: *upalekhâ - (sic!) çâstram kramaçâstram | tathâ ca samjñaviçeshâh svarâdayah pûrvam uktâh | tatah | trikramacatushkramaviçeshâh | tatah | ekapadâdvipadâdyâh | tatah | parigrihyâdyâh | tatah | shatvanatvâdyâh | tato visargântapadâdînâm viçeshâh | tatah | padântasye 'ti âdyantayoh(?) samdhiviçeshâ(h) | tatah | svaravidheyah kampaviçeshah | ity evam sadriçâh sadriçâh (sic) vidhayah | tasmâd idam upalekhâ (sic) - çâstram iti ||*

Notandum ceterum est, in utroque commentario omnia inde a sùtro VIII. 1 octavo adnumerari capiti, nonum ab iis non agnoscî.

Quamvis kramapâtha eam ob caussam, quod non sine magno et temporis et laboris impendio adhiberi posset, minus in usu fuisse videatur, et, quod nos quidem sciamus, nullus codex eum in modum scriptus innotuerit, tamen nostrum libellum in India maxime divulgatum esse, et fortasse etiam nunc adhiberi in scholis, praecipue ea res nos docet, quod in una codicum collectione, quod ad numerum attinet non admodum magna, tres reperiuntur textus libri mss. duoque commentarii, et quod in quinque his codicibus tres diversae inter se distingui possunt recensioni. Tres enim textus codices, qui hac in re paene omnino inter se consentiunt¹⁾, longe copiosissimum

¹⁾ nisi quod in A versus VIII. 13 et 14, in B VIII. 13 et 14, IX. 23, 25 postea adjecti sunt.

textum tradunt, quum non solum omnia quae U. Bh. et U. P., sed etiam alia ab his ommissa contineant (III. 6, 7, IX. 8, 9, 13, 23, 25), ita ut nullo modo in errore nobis versari videamur, si textum codicum ABC pro recentissimo habeamus¹⁾. Praeterea commentarii quoque duas textus recensiones praebent, quae, quod attinet ad sùtrorum quae afferunt numerum, magnopere differunt inter se. Bhâshyo enim sùt. III. 6, 7; IV. 20; V. 4; VII. 5; IX. 8, 9, 13, 23, 25, Pañjikae tota appendix inde a IX. 6²⁾ simul cum iis versibus, quos textus codices in fine capituli octavi ponunt, tum etiam III. 5—7 et VII. 5, 20 omnino desunt. Sùtram V. 4 omissum in U. Bh. reperitur quidem in Pañjikâ, sed aequae ac sùtr. 5 sine commentario, ita ut veri simile sit, ea primo in Pañjikâ quoque ommissa postea a posterioris aevi librario quodam conferente Pañjikâm cum recentiore plenioreque textu inserta esse. Attamen, quamquam haec ita se habent, non quod ad tempus attinet diversitas, sed, ut ita dicam, localis quaedam inter duo textus a commentariis oblatos intercedere mihi videtur. Appendix enim inde a IX. 6, quae, quum in U. P. non inveniatur, gravissimum illius diversitatis signum praebet, maximam partem, ut jam primo obtutu inspicientes libelli nostri dispositionem supra propositam videmus, de adhibendo kampa disserit. Qui quum in loco illo Uvatae, quem in nota ad Up. 7—18 attulimus, vitium pronuntiationis Indorum meridionalium proprium appelletur, nos quidem non dubitamus, quin Bhâshyam in India meridionali et praecipue in ejus incolarum usum compositum sit. Praeterea vero quod alter altero plura sùtra continet, duo commentariorum textus uno tantum loco recensioem vere diversam afferunt, IV. 18 et 20 (ad quem locum vide notam). Et hoc quidem loco textus codices ABC cum Pañjikâ congruunt, quod attinet ad appendicem vero cum Bhâshyo, ita ut ap-

¹⁾ Solum enim sùtram quod post IV. 12 addit U. Bh. non tam sùtram est, quam expositio libera nec ullum sùtram spectans, quam melius praeterea sùtro Up. IX. 3,4 tamquam exceptionem adjecisset commentator. ²⁾ cfr. tamen nota ad IV. 17.

pareat, codices illos omnia undique congerere quam accuratam textus recensionem conficere maluisse. Denique, quod pertinet ad rationem quae est inter appendicis recensiones a textus codicibus et a Bhâshyo oblatas, notandum est, Bhâshyam neglecto ordine quem exhibeant ABC, quae retinuerit sùtra sic disposuisse: 6. 24. 18. 15. 16. 17. VIII. 13. IX. 7. VIII. 14. IX. 10. 11. 12. 14. 19. 20. 21. 22. 26. Nec solum versus, quos textus codices octavo adjiciunt capiti, sed etiam sùtra 24, 25 in Bhâshyo aptiore loco quam in ABC posita putamus, ubi tamquam explicativa praeceptorum quae de kampa tradita erant appendix, ut ita dicam, assuta videntur sùtris illis 20—22 samayas tractantibus. Attamen alicujus momenti est locus, quem in textus codicibus occupant duo haec sùtra, quod eo spuria et posteriore tempore adjecta produntur.

Alicujus momenti hunc esse nostrum libellum quum quod accurate exponat kramapâṭham, tum quod desuper explicet, quomodo Indi ipsi de multis rebus dialecto Vedicae peculiaribus judicaverint, facile apparebit legentibus viris doctis. Accedit, quod Indica sedulitate ac diligentia loci et analogiae hic illic congesti sunt (ut loci in capite secundo allati, dvipadae et ekapadae III. 1, alia), animique nostri advertuntur ad res haud leves ei, qui artem criticam applicat ad textus Vedicos (cf. IX. 26). Quae quidem omnia futuro quodam tempore e Prâtiçâkhyis eorumque commentariis accuratius pervestigatis melius, subtilius, plenius recensere licebit; tamen ad id tempus, quod ne satis remotum sit verendum est, fore speramus, ut noster hic Upalekha, mancissima quidem nec ullo modo absoluta, attamen non prorsus inutilis in Prâtiçâkhyia isagoge, proprium suum valorem servet.

Iam vero nihil restat, nisi ut de ratione qua hanc nostram instituerimus editionem nonnulla adjiciamus. Textum enim, sicuti oportuit, plenissimum proposuimus, ita tamen, ut locos, qui deessent in Pañjikâ, uncis angulatis, qui vero in Bhâshyo, curvis inclusos significaremus. Praeterea textum ita imprimendum curavimus, ut sùtrorum sensu inter se cohaerentium com-

plexus et majores et minores typographice etiam distinguere-
 mus, sùtraque in codicibus mss. secundum euphonicas leges
 inter se conjuncta, quo facilius clariusque apparerent quaeren-
 tibus, separaremus simulque numeros adjiceremus. Ad versio-
 nem quod attinet, praecipue claritas perspicuitasque appetendae
 videbantur, sed ita, ut quoad fieri posset singulorum etiam
 verborum significationes redderentur; qua quidem in re diffi-
 cillima sane, quum rebus in textu tractatis minus apta sit lin-
 gua Latina, lectorum indulgentiam expèctare posse putamus.
 In locis vero impeditioribus, ut in grammaticis libris vertendis
 opus est, clare vertere quam ad verba maluimus; saepissime
 praesertim verba activa, quibus auctor vocabula *vaktá* vel
çástravit subjecta addenda cogitabat, passiva verborum con-
 structione reddere coacti sumus. Notis nil nisi ea continen-
 tur, quae ad textum intelligendum opus esse visa sint, prae-
 tereaque, quoad fieri potuit, respondententes Prâtiçâkhyi loci.
 Commentarios, Pañjikâm praesertim, excerptos tantum adjeci-
 mus, quum quia, ut jam supra diximus, Pañjikae codex ita
 laesus est, ut raro alicujus regulae commentarius totus certe
 legi possit, tum quia fieri non poterat, ut totos commentarios
 adjiceremus, nisi ultra legem opusculum nostrum extenderemus.
 Indicem denique adjicientes operae pretium facere putavimus,
 quum eum etiam ad Prâtiçâkhyam quod attineat non inutilem
 fore speremus. Et omnia quidem in eum recepimus vocabula,
 quae aliqua ex parte gravia esse viderentur, aut quia technici
 essent termini rariores minusque noti, aut quae nota quidem
 grammaticisque et commentatoribus recentioris aevi satis usi-
 tata, tamen in Prâtiçâkhyis jam adhibita videre alicujus mo-
 menti esset.

Priusquam vero finem imponamus huicce praefationi, DD.
 VV. Weber, Kuhn, Roth, qui et consilio et apographis co-
 dicum liberaliter nobis concessis operam nostram omnibus mo-
 dis adjuvare, gratias agamus oportet quam possumus maximas;
 nec non V. D. Gosche, bibliothecae Regiae custodi, qui
 nobis semper quotquot libri et impressi et manuscripti, quo-

rum usum liberalissime nobis concesserat V. Cl. Pertz, opus erant, summa cum benignitate attulit. Doctorum vero virorum, quorum iudicio candidissimo hocce proponimus opusculum eo magis impetranda nobis est indulgentia, quo haud satis peritum animum nostrum haud raro lapsum esse omnino non diffiteamur. Interdum tamen peccata nostra et ea res excusabit, quod in manibus nobis nullus erat kramapâthae textus, quem adire liceret, quum in locis dubiis nobis non satisfacerent et textus exempla et commentarii; et quod fontes, e quibus hauriendum nobis erat, paene nil nisi Sanscriti textus mss. erant, nondum prelo subjecti intellectuque satis difficiles, quorum aditum, magna quidem ex parte, ipsos nobis primo aperire oporteret. Librorum vero impressorum, quorum usus quotidianus nobis licuit, quatuor imprimis mentio fiat, Rothii enim dissertationis saepe memoratae, ejusdem prooemii et commentarii ad Niruktam, Böhlingkii Pâninîs editionis, Benfeyi denique editionis Sâmavedasanhitae, cujus et prooemium et glossarium praecipue haud paucos locos Vedicos in Upalekha citatos nobis suppeditavit.

॥ श्रीगणेशाय नमः ॥

॥ ओं ॥

अकारादयो द्वादश स्वराः ॥ १ ॥ शिष्टं व्यञ्जनं ॥ २ ॥ ॥ १ ॥
ककारादयः पञ्च पञ्चवर्गाः स्पर्शाः ॥ ३ ॥ यकारादयश्च-
तस्रो ऽन्तःस्थाः ॥ ४ ॥ शकारादयो ऽष्टा ऊष्माणः ॥ ५ ॥
प्रथमद्वितीया वर्गाणामूष्माणश्च हकारवर्जमघोषवन्तः
॥ ६ ॥ शिष्टं घोषवत् ॥ ७ ॥ ॥ ह्रस्वमेकमात्रं ॥ ८ ॥ दीर्घ
द्विमात्रं ॥ ९ ॥ झुतं त्रिमात्रं ॥ १० ॥ व्यञ्जनमर्धमात्रं ॥ ११ ॥
स्वरभक्तिश्चाक्रमे ॥ १२ ॥ क्रमे त्वर्धोना ॥ १३ ॥ छ ॥ क्रमो
द्वैपदशः ॥ १४ ॥ तयोरुत्तरेणोत्तरं पदं संदध्यात् ॥ १५ ॥ आ-
र्धचात् ॥ १६ ॥ छ ॥ ॐ इतीमित्याकारे षत्वसंहिते स्विति
पदे नः परे नावस्येत् ॥ १७ ॥

न्याविध्यदिलीविशस्य । ऋग्वेदसंहि० मण्ड० १ सू० ३३ ऋ० १२ ॥ २ ॥
॥ १ ॥ उषा आवर्तमः । १. ९२. ४ ॥ २ ॥ न्यावृणद् मरुत्वन्तं ।
१. १०१. २ ॥ ३ ॥ अगादारैगु कृष्णा । १. ११३. २ ॥ ४ ॥ योनि-
मारैगप । १. १२४. ८ ॥ ५ ॥ एनमायुनगिन्द्रः । १. १६३. २ ॥ ६ ॥
अहिहन्नारिणक् पथः । २. १३. ५ ॥ ७ ॥ न्यावृणद् भरता ।
२. १४. ७ ॥ ८ ॥ अभ्यादेवमोजसा । २. २२. ४ ॥ ९ ॥ रिक्तमारैक्
चकार । ३. ३१. ३ ॥ १० ॥ रूप आरूपितं जवारु । ४. ५. ७ ॥ ११ ॥
अनायुधास आसता सचन्तां । ४. ५. १४ ॥ १२ ॥ अन्नश्चिच्छेपं
निदितं । ५. २. ७ ॥ १३ ॥ क आसतो वचसः । ५. १२. ४ ॥ १४ ॥
य आयुक्त तुजा । ५. १७. ३ ॥ १५ ॥ दुर्योण आवृणद् मृधवा-

चः । ५. २९. १० ॥ १६ ॥ दुर्योण आवृणद् मृधवाचं । ५. ३२. ७
 ॥ १७ ॥ वीरास एतन मर्यासः । ५. ६१. ४ ॥ १८ ॥ आसु ष्मा
 णः । ६. ४४. १८ ॥ १९ ॥ अस्त्वासंत इन्द्र । ७. १०४. ८ ॥ २० ॥ हन्या-
 सइदन्तं । ७. १०४. १३ ॥ २१ ॥ नकिरादेव औहते । वाल० ९. २
 ॥ २२ ॥ निराविध्यङ्गिरिभ्यः । ८. ६६. ६ ॥ २३ ॥ इयते नरा च शं-
 सं दैव्यं । ९. ८६. ४२ ॥ २४ ॥ परीतो षिञ्चत । ९. १०७. १ ॥ २५ ॥
 कुरुश्रवणमावृणि राजानं । १०. ३३. ४ ॥ २६ ॥ नरा वा शंसं
 पूषणं । १०. ६४. ३ ॥ २७ ॥ चित् कर्मनेन स्कभीयान् । १०.
 १११. ५ ॥ २८ ॥ एतेषां मध्यमपदान्यनवसानीयानि ॥ २९ ॥
 निरु स्वसारमस्कृतोषसं । १०. १५७. ३ । इति च रात्र्यां पञ्च-
 क्रमः ॥ ३० ॥ छ ॥

॥ ३ ॥ साधुः । १. ७०. ६ । असिक्व्यां । ४. १७. १५ । सिषक्तु नः । ५. ४१.
 २० । उरौ देवाः । उरौ । ५. ४२. १७-४३. १६ । वि द्वेषांसि । ६.
 १०. ७ । अया वाजं । ६. १७. १५ । महि राधो । ६. ४७. २५ । आ
 वां सुम्ने । ६. ६३. ११ । ते ते देवाय । ७. १७. ७ । रायस्कामः
 । ७. ३२. ३ । प्रति नः स्तोमं । ७. ३४. २१ । स्वायुधासः । ७. ५६.
 ११ । पितुर्न पुत्रः । ८. १९. २७ । स नो वाजेषु । ८. ४६. १३ ।
 गावो न यूथं । ८. ४६. ३० । पवस्व सोम मन्दयन्निति तिस्रः
 । ९. ६७. १६-१८ । परि सुवानः । ९. १८. १ । नृभिर्येमानः । ९.
 १०७. १६ । प्रत्यञ्चमर्कमनयञ्छचीभिः । १०. १५७. ३ । इति द्वि-
 पदैकपदा द्वाविंशतिः । तासां सप्तदश द्विपदाः पञ्चैकप-
 दाः ॥ १ ॥ भरद्वाजाय । ६. ४८. १३ । हतेरिव । ६. ४८. १८ । त-
 च्छुः । ७. ६६. १६ । वृक्षाश्चिन्मे । ८. ४. २१ । अधीन्वृत्र । १०.
 ९. १५ । इत्येतासां पञ्चानां पूर्वपादे ऽवस्येत ॥ २ ॥ छ ॥
 पूर्वकृतं रूपमभिक्रमे यथासंहितं ॥ ३ ॥ उत्तरकृतं प्रत्या-

दाने ॥४॥ नि षसाद् । १. २५. १० । गोरोहेण । १. १८०. ५ । नृ-
म्णा शीर्षसु । ५. ५७. ६ । अद्वां हृदय्या । १०. १५१. ४ । इति नि-
दर्शनानि ॥ [॥ सर्वमेवान्यद्यथासंहितमाचरेत् ॥ ५ ॥

(पूर्वोत्तरकृतं रूपं प्रत्यादानावसानयोः ।

न ब्रूयात् । सर्वमेवान्यद्यथासंहितमाचरेत् ॥६॥ छ ॥

परुहेपञ्चमृचः प्राकृताः । स नो नव्येभिः । १. १३०. १० ।
उभे पुनामीति पञ्च । १. १३३. १-५ । अति वायो द्वे । १. १३५.
७-८ । ऊती देवानां । १. १३६. ७ । शचीभिर्नो । १. १३९. ५ । ये
देवासो दिव्येकादश स्थ । १. १३९. ११ । इति ॥ ७ ॥)

परिगृह्याणि वक्ष्यामः ॥१॥ ॥ अतीत्य परिगृह्णीयात् ॥४॥

॥२॥ अवगृह्यस्य द्वितीये वचने ऽवग्रहः ॥३॥ सहेतिक-
रणं ॥४॥ अवगृह्यं ॥५॥ आदिविकृतौ धक्षिधुक्षिप्रवादौ
॥६॥ अन्तःपदविकृतमनन्यकारितं ॥७॥ बहुमध्यगता-
नि ॥८॥ आकारश्चानुनासिकः ॥९॥ झुतादि च ॥१०॥
अर्धर्चान्तं च ॥११॥ संहितावत् पूर्ववचनं पदवदुत्तरं । त-
योरितिकरणमाद्युदात्तं मध्ये । स परिग्रहः ॥१२॥ शुद्धमा-
कारं प्रत्यादायोत्तरेण संदध्यात् ॥१३॥ समयात् परमाका-
रमर्धर्चादाविवोत्सृजेत् ॥१४॥ न च तं समयं क्रामयेत् ।
संहितं समयं ब्रूयात् ॥१५॥ ब्रूयान्तु समयोदयं ॥१६॥ अ-
स्माद्द्य सदसः सोम्यादा विद्याम । । अध्वर्यवो यः शत-
मा सहस्रं । २. १४. ७ । मित्रो न यो जनेष्व्वा यशः । । वि-
श्वस्य केतुर्भुवनस्य गर्भं आ रोदसी । १०. ४५. ६ । इति नि-
दर्शनानि ॥ ॥ त्रिक्रमः समयादौ चेत् पुनरथादिना सह ।
तं पठेत् ॥ ऊ नु पत्नीः । १. १७९. २ । आ सर्वतातिं । १०. १००.
७ । इति निदर्शनानि ॥१७॥ ॥ अकारेकारोकारान् व्यञ्ज-

नपरान् वर्धमानान् पदवत् परिगृह्णीयात् । पुष्ट्वन्तो ।
 ८. ४५. १६ । रथितमं । ९. ६६. २६ । सुमयं । ८. ६६. ११ । इति नि-
 दर्शनानि ॥ १८ ॥ अथ स्वरपराणि यथासंहितं परिगृह्णी-
 यात् । अकवारि । ७. ९६. ३ । अधीमसि । १. ८०. १५ । पुरू-
 णा । ५. ७०. १ । इति निदर्शनानि ॥ १९ ॥ (उदावतावर्जं ।
 ६. १८. ९ । ॥ २० ॥) ॥

॥ ५ ॥ टवर्गीयं संहितायां यत् पदे तवर्गीयं तत् पदवत् प-
 रिगृह्णीयात् । अभिस्तने । १. ८०. १४ । गिरिस्थाः । १०. १८०.
 २ । चन्द्रणिर्णिक् । । इति निदर्शनानि ॥ १ ॥ षत्वं सका-
 रस्य पदवत् परिगृह्णीयात् । पुरुसन्धोः । ९. ५८. ३ । इति
 निदर्शनं ॥ २ ॥ पद्ये विसर्जनीये तपरे सकारापत्तिः संधौ ।
 आविस्त्यः । १. ९५. ५ । इति निदर्शनं ॥ ३ ॥ (स्तुष्टभूतं स्थ
 षभूतं न णभूतमादौ । स षभूतस्य तु पदवत् प्रत्यारम्भः ।
 तमुष्टुहि । १. १७३. ५-५. ४२. ११-६. १८. १ । के ष्टा नरः । ५. ६१.
 १ । प्र ण इन्दो । ९. ४४. १-६६. ३ । स्तुष ऊ षु वं । ८. २४. १ ।
 इति निदर्शनानि ॥ ४ ॥) ॥ धक्षि-धुक्षि-जुघुक्षतो-कृ-
 त-स्मभनेनेति पदवत् परिगृह्णीयात् ॥ ५ ॥ ऊष्मवृत्ति-
 नकारस्य परियहे प्रकृत्या । उद्धीनिव । ३. ४५. ३ । अस्मा-
 नस्मान् । । श्येनानिव । । अभीशूनिव । ६. ५७. ६ । इति
 निदर्शनानि ॥ ६ ॥ ऊष्मा षकारः सकारो वा कपपर उ-
 पाचारसंज्ञकस् तस्य लोपः परियहे । चतुःपर्दी । १०. १३. ३ ।
 चतुःकपर्दाः । १०. ११४. ३ । रायः कामः । ७. ३२. ३ । पयःपयः
 । । इति निदर्शनानि ॥ ७ ॥

॥ ६ ॥ पूर्वधूःस्वरिति पद्येष्वघोषवत्परेष्वन्तरा रेफलोपः परि-
 ग्रहे । पूःपतिं । १. १७३. १० । धूःसर्दं । १. १४३. ७ । स्वःपतिं । ८.

४४. १८। इति निदर्शनानि ॥ १ ॥ चपरे सकारापत्तिः संधौ ।
 स्वञ्चनाः । १९. ८४. ५। स्वञ्चक्षाः । । इति निदर्शने ॥ २ ॥ परि-
 पूर्वे कृपरे ऽन्तरा षकारलोपः परियहे । परिकृण्वन् । १९.
 ३९. २। इति निदर्शनं ॥ ३ ॥ वनपूर्वे सदपरे ऽन्तरा रेफ-
 लोपः परियहे । वनसदं । २. ३१. १। इति निदर्शनं ॥ ४ ॥
 ह्रस्वे च पूर्वपद्यान्ते चन्द्रशब्दे परे ऽन्तरा शकारलोपः परि-
 ग्रहे । सुचन्द्रं । ५. ६. ५, ९। पुरुचन्द्रं । १. २७. ११। हरिचन्द्रं । १९.
 ६६. २६। इति निदर्शनानि ॥ ५ ॥ दूढ्य-दूणाश-दूलभप्र-
 वादानुकारभूतान् रेफसंहितानवर्धमानान् पदवत् परि-
 गृह्णीयात् । दुर्ध्यः । ८. १९. ५-२१. १२-९. ५३. ३। दुर्नशं । ६.
 ४५. २६। दुर्दभः । ३. ५६. ८। इति निदर्शनानि ॥ ६ ॥ स्वधि-
 तिरिव । ५. ७. ८। इति रेफसहितं ॥ ७ ॥ ज्योतीरथप्रवादं
 । १. १४०. १-९. ८६. ४५। यथासहितं ॥ ८ ॥ छ ॥

पदान्तस्येतेष्व संधीन् वक्ष्यामः ॥ १ ॥ ॥ अकाराका- ॥ ७ ॥
 वेकारं ॥ २ ॥ इकारेकारावीकारं ॥ ३ ॥ उकारो वकारं ॥ ४ ॥
 [(अकारश्चाकारभूतो विवृत्त्याकारभूतः ॥ ५ ॥)] एकारो
 विवृत्त्याकारभूतः ॥ ६ ॥ ऐकारो विवृत्त्याकारभूतः ॥ ७ ॥
 औकारश्चाकारभूतो वकारभूतः ॥ ८ ॥ ॥ विन्दतीति दीर्घ-
 संधिं परिगृह्णीयात् । १०. १४६. १। ॥ ९ ॥ द्वितीये वचने पद-
 वत् भ्रुतिः ॥ १० ॥ ॥ ऊष्मान्तं रेफेण ॥ ११ ॥ अकारा-
 कारयोरन्तग ऊष्मा पदे संहितायां वा रिफितो रेफेण
 ॥ १२ ॥ अरिफितो विवृत्त्या ॥ १३ ॥ अहरहः शुन्ध्युर्वर्जं
 । ८. २४. २४ ॥ १४ ॥ ॥ वर्गाणां प्रथमान्तं स्वेन तृतीयेन ॥ १५ ॥
 स्वेनोत्तमान्तमुत्तमेन ॥ १६ ॥ ह्रस्वपूर्वौ ऽनवन्तौ क्रामयेत् ।
 मघवन् । ३. ६०. ५। सहङ् । १. ९४. ७। इति निदर्शने ॥ १७ ॥

दर्दिति । १. १७४. २ । वर्गिति । ८. ६४. १२ । पर्यावर्दिति । । च
 ॥ १८ ॥ सहेतिकरणे यथापदसंधिः ॥ १९ ॥ [ष्टुसंहिते सु-
 भिःशब्दे यथापदं प्रत्यारम्भः ॥ २० ॥] टकारान्तं लका-
 रेण । विभ्रालिति । १०. १७०. १-२ । निदर्शनं ॥ २१ ॥ छ ॥

॥ ८ ॥ उक्तः संधिः पदान्तानां पदादीनां वक्ष्यामः ॥ १ ॥
 स्वरादि तयकारयोः संयोगमापद्यते ॥ २ ॥ इकारेकार-
 वर्जं ॥ ३ ॥ तावीकारमापद्यते ॥ ४ ॥ व्यञ्जनाद्यसंयुक्तं
 प्रकृत्या ॥ ५ ॥ संयोगादि छकारादि च क्रामयेत् ॥ ६ ॥ छ ॥
 उदात्तादनुदात्तं स्वारयेन्न चेत् स्वरितोदात्तपरं ॥ ७ ॥ उ-
 दात्तेनैकीभूतमुदात्तीभवेत् ॥ ८ ॥ नियतान्नियच्छेत् ॥ ९ ॥
 स्वरितात् प्रचयस्वरं नयेत् ॥ १० ॥ स्वरितात् पराणि
 यान्यनुदात्तानि कानिचित् सर्वाणि प्रचयं यान्ति ॥ ११ ॥
 उपोदात्तं निहन्यते ॥ १२ ॥

[उदात्तात् स्वरिताद्वापि कम्प उत्पद्यते क्वचित् ॥ १३ ॥
 क्रमकाले त्वकम्पः स्यान्नीचं चेदुत्तरं पदं ॥ १४ ॥]
 इमं मे गङ्गे यमुने सरस्वति शुतुद्रि । १०. ७५. ५ । इति नि-
 दर्शनानि ॥

॥ ९ ॥ नियतादेः पदस्य व्यञ्जनादेरितिकरणान्तं स्वारयित्वा
 पदं प्रकृतिवद्भूयात् । रत्नधातमं । १. १. १ । इति निदर्शनं
 ॥ १ ॥ अथ स्वरादेराद्यमक्षरं सहेतिकरणान्तेन स्वारयि-
 त्वा पदशेषं प्रकृतिवद्भूयात् । अललाभर्वन्तीः । ४. १८. ६ ।
 इति निदर्शनं ॥ २ ॥ उदात्तस्योदात्तादेश्च व्यञ्जनादेर् एका-
 क्षरनियतस्य च स्वरादेः स्वरितादेश्चेतिकरणान्तं निय-
 छेत् । त्वे इति । १. ३६. ६ । वायो इति । १. २. १ । अप्पुर इति
 । १. ३. ८ । क्लोपे इति । । निदर्शनानि ॥ ३ ॥ उदात्तस्यो-

दात्तादेश्च स्वरादेरितिकरणमुदात्तीभवेत् ॥४॥ सर्वनियतं
प्रचयस्वरं नयेत् । शमीनहुषी । १०. ९२. १२ । इति नि-
दर्शनं ॥ ५ ॥ छ ॥

[समापाद्यान्युत्तरे षट् पकारे राधो रथो या दिवो जा

ऋतश्च ।

अञ्जःपा दुःप्रेति च पूर्वपद्यावनिङ्गयन् विक्रममेषु

कुर्यात् ॥ ६ ॥ ॥

संहितायां पदे वापि नीचस्वरितमुच्यते ।

तत् पदं हि भवेत् कम्प्यमाकारान्तं च वर्जयेत् ॥ ७ ॥

(आकाराद्बधिकाक्षरे कम्पस्तत्र भवेन्ननु ।

नीचात् स्वरितसंयोगात् । वीर्येणेति । १. ५५. ३ । निदर्शनं ॥ ८ ॥

अभीङ्घः । । अभीतिः । । अभीतिं । ७. ९१. ९ । कन्याइव

। १. १२३. १० । उर्व्यूतिः । । द्रोण्यश्वासः । १०. ९९. ४ । इति

च कम्पः ॥ ९ ॥) न्यक् । ८. ४. १-१०. ६०. ११ । इत्येतस्यानी-

चानामपि कम्पः ॥ १० ॥ व्योम । ९. ७०. १ । व्येनी । ५. ८०. ४ ।

वीव । इत्युदात्तादीनामपि कम्पः ॥ ११ ॥ व्यक्ता । ७. ५६. १ ।

रीत्यापा । ५. ६८. ५ । इत्याकारयोरपि च कम्पः ॥ १२ ॥

(लोपं याति क्रमे कम्पो ऽनुदात्ते तु परे पदे ।

उदात्ते तु प्रकृत्या वाभ्यर्षे । ९. २०. ४ । क्वृदिवो । ।

यथा ॥ १३ ॥)

प्रशस्तिकृत् । १. ११३. १९ । एकस्य चित् । १. १६५. १० । अतो

नो रुद्राः । । क्वृवो ऽश्वा इति । ५. ६१. २ । प्रथमं । ना-

ना ह्यर्षे । ६. १४. ३ । त्वां हीरेन्द्र । ६. ३३. २ । कद्रु न्वस्य

। ८. ५५. ९ । अभ्यर्षे । ९. २०. ४ इत्या० । इषमूर्जे । ९. ९४. ४ ।

क्रमे न वकम्पलोपः ॥ १४ ॥ अन्यं पदं विचार्येत ॥ १५ ॥

उदात्तो यत्र न दृश्यते कम्पं तत्र न कुर्वीति ॥ १६ ॥ न
चोदात्तेन संयुतं ॥ १७ ॥

ह्रस्वे ह्रस्वं विजानीयाद्दीर्घे दीर्घे तथैव च ।

स्वरितस्थानुरूपेण कम्पं कुर्वीति शास्त्रवित् ॥ १८ ॥ ॥

यथापदं द्वैपदानेष्ववस्येत् ॥ १९ ॥ ॥ समयौ पदे ऽव-
स्येत् ॥ २० ॥ संधाय समयं परे द्वैपदे ऽवस्येत् ॥ २१ ॥

एकं समयमध्ये चेदतिक्रम्य पदेन तत् ॥ २२ ॥ सुदासे
दस्त्रा । १. ४७. ६ । सो चित् । १. १९१. ११ । ताश्चिन्नु न मं-

रन्ति नः । १. १९१. १२ । योनिष्ट इन्द्र । ७. २४. १ । अकारि
। १. ६३. ९ । इति निदर्शनानि ॥ ॥ (तन्नार्धर्चसंधिरस्तीति

॥ २३ ॥) ॥ कम्पयेन्नीचस्वरितं ह्रस्वदीर्घावुभौ स्वरौ ॥ २४ ॥
(अधिकाक्षरदीर्घत्वं । सुचीऽवेति । । निदर्शनं ॥ २५ ॥) ॥

अम्बकं । ७. ५९. १२ । भद्रं नः । १०. २०. १ । प्रजापते । १०. १२१. १० ।
ऋतं च सत्यं च । १०. १९०. १ । यथासंहितं ॥ २६ ॥] छ ॥

॥ नमः शौनकाय नमः शौनकाय ॥

॥ इत्युपलेखः समाप्तः ॥

VERSI O.

I.

1. Duodecim literae, quarum prima est *a*, *svard̄s*, vocales appellantur; 2. reliquae (praeter vocales) *vyanjanāni*, consonantes. — 3. Consonantes, quae a *k* litera incipientes quinque quinarum literarum seriebus consistunt, *sparçās* appellantur; 4. quatuor, quarum prima est *y*, *antahsthās*; 5. octo, quarum prima est *ç*, *úshmānas*. — 6. Serierum prima quaeque et secunda consonans et sibilantes praeter *h* surdae vocantur; 7. ceterae sonantes. — 8. Vocalis brevis unam moram continet; 9. longa duas; 10. vocalis pluti producta tres; 11. litera consonans dimidiam. — 12. Item svarabhaktis, quam una tantum consonans sequitur; 13. quum vero plures, dimidio minus continet (i. e. quartam morae partem). —

14. Singuli kramae (kramapâṭhae membra) e binis verbis compositi sunt; 15. quorum posteriori (repetito) sequens adjungendum est; 16. usque ad hemistichii finem. — 17. Post particulas *û* et *î*, praepositionem *â* et particulam *su*, quam *nah* sequitur cujusque prima litera *s* in *sh* mutata est, incisio (kramae) ne fiat. —

II.

1—28. vide notas. — 29. In enumeratis (kramis) post voces, quae medios locos obtinent, non incidendum est; 30. et in hymno ad noctem composito locus hic: *nir u svasāram askrito 'shasam kramam* quinque vocum constituit. —

III.

1. Vide notam. — 2. In quinque allatis versibus post primum pādā (hemistichii) finis sit. —

3. Quaeque vox in abhikrama eam sanhitae formam servet, quam a praecedente voce; 4. in pratyādāno eam, quam a sequente accepit. — 5. Cetera omnia in modum sanhitae instituenda sunt. — 6. vide notam.

7. ?

IV.

1. Iam de vocibus parigraha repetendis exposituri sumus. — 2. Parigraha nonnisi post ipsum vocabulum (in duobus kramis positum) instituendus est. — 3. Compositum vocabulum quum iterum (post *iti*) scribitur, in partes suas dissolvatur. — (In parigraha ponantur): 4. Voces quae (jam in padapāṭha) vocabulo *iti* instructae sunt; 5. (vocabulum compositum), quod in partes suas solvendum est; 6. eae radicum *dah* et *duh* formae, quarum prima litera mutata est; 7. vox, quae in medio non vi alius cujusdam verbi mutata est; 8. voces, (quae) inter complures alias interjectae (bahukramarum caussae sunt); 9. *ā* praepositio, quum anunāsika instructa est; 10. quaelibet vox, quae a vocali pluti producta incipit; 11. quaelibet vox, quae himistichium terminat. — 12. Primo loco (ante *iti*) sanhitae, secundo (post *iti*) padapāṭhae forma vox pronuncietur, et particula *iti* paroxytona interponatur: hic parigraha vocatur. —

13—16. vide notas. — 17. Quum samayae initium inter kramae tribus ex membris constantis fines incidit, (samaya) ille (integer) cum primis suis verbis (jam in trikramam illum receptis) repetendus est. —

18. Vocales *a*, *i*, *u* quum ante consonantes productae sunt, forma padapāṭhae (i. e. breves) in parigraha ponantur; 19. sanhitae vero forma (i. e. longae), quum ante vocales. — 20. Excepta voce *udāvatā*. —

V.

1. Quae consonans in sanhitâ cerebralis est, in pada vero dentalis, ea in parigraha (etiam ante *iti*) forma padae scribatur. — 2. Item litera *sh* euphonice e *s* orta forma padae in parigraha ponatur. — 3. Membrum vocis, quod (in padapâtha) visarga instruendum est, sequente *t* in conjunctione *s* sumat; 4. quum vero ab initio vocis stant *st*, *sth*, *n*, formas suas cerebrales *sht*, *shth*, *n* retineant; solum *s* in *sh* mutatum (etiam quum vocem incipit) formam padae in parigraha ante *iti* induat. — 5. Formae *dhaxi*, *dhuxi*, *jughuzatah*, *akrita*, *skambhanena* in parigraha forma padae ponantur. — 6. vide not. — 7. Litera sibilans, *sh* vel *s*, quam *k* vel *p* sequuntur, *upâcâra* vocatur et in parigraha omittenda est. —

VI.

1. Voces *pûr*, *dhûr*, *svar* *r* literam in fine eorum positam, quam priora compositorum membra etsi sequente surda consonante (contra euphoniae regulas in sanhitâ) retinuerunt, in parigraha omittant. — 2. (Ex litera *r* vocis *svar*) sequente *c* in conjunctione ζ oriatur. — 3. In medio verbo ex *pari* et *kri* composito litera *sh* (quam sanhitâ interposuit) in parigraha omittenda est. — 4. Item litera *r* in medio vocabulo ex *vana* et *sada* composito. — 5. Compositum, cujus prior pars in brevem syllabam cadit, quum posterior e voce *candra* constet, in parigraha mediam literam ζ (in sanhitâ interpositam) omittat. — 6. Voces *dûdhya* (*dûdhî*), *dûmâça*, *dûlabha* in parigraha forma padapâthae, id est cum *u* et *r* et non productae, repetantur. — 7. In parigraha *svadhitir* *iva* cum litera *r* appareat; 8. vox *jyotîratha* (contra) in parigraha formam sanhitae servet.

10 of 10

VII.

1. Iam exponemus, quomodo verborum fines cum vocabulo *iti* interposito coalescant. —
2. *a* et *â* cum *iti* coalescant in *e*.
3. *i* - *i* - - - - - *î*.
4. *u* mutatur in *v*.
5. Item *o* postquam in *a* mutatum est; (aut) cum hiatu in *a* mutatur.
6. *e* mutatur in *a* cum hiatu.
7. *ai* - - - *â* - - -
8. Eodem modo *au* in *â* mutatur, et in *v* (i. e. in *âv*).
9. *vindati* (*vindatîm* 3) vox in parigraha cum particula *iti* in longam vocalem (*î*) coalescat (rejecto anunâsika); 10. quumque iterum ponitur (post *iti*) modo padapâṭhae (i. e. cum anunâsika) pluti servetur. — 11. Vox, quae in sibilantem cadit, cum litera *r* (in parigraha ante *iti* ponenda est). — 12. Quae sibilans post *a* vel *â* vocem terminans in pada vel in sanhitâ in literam *r* mutata est, idem *r* (in parigraha ante *iti*) servet. — 13. Quae vero (sibilans iisdem conditionibus) in literam *r* non mutata est, ea cum hiatu (ante *iti* in parigraha ponatur, i. e. deleatur). — 14. Praeter *aharahah çundhyuh*. — 15. Vox, quae in seriei cujusdam primam consonantem cadit, (in parigraha ante *iti*) cum sua (ejusdem seriei) tertia (ponatur). — 16. Vox quae ultima seriei consonante terminatur, cum (eadem) sua ultima (ante *iti* ponatur). — 17. Nasaes *ñ* et *n* (ante *iti*) geminentur, quum vocalis brevis eas antecedit. — 18. Vocum quoque *dart*, *vark*, *paryâvart* (finales consonantes ante *iti* geminentur). — 19. In voce quae (in padapâṭha) vocabulo *iti* instructa est, padapâṭhae in modum sandhis adhibeatur. — 20. Vocabuli *snuhîh*, quum in nexu verborum cerebralem formam induit, in parigraha ante *iti* forma padapâṭhae instituitur. — 21. Vox in *t* desinens cum litera *l* sandhim cum *iti* ineat. —

VIII.

1. Exposuimus, quomodo verborum fines cum *iti* coalescant; jam idem de verborum initiis praescripturi sumus. — 2. Vox a vocali incipiens cum consonantibus *t* et *y* conjunctionem ineat. — 3. Exceptis vocalibus *i* et *î*; 4. quae cum *iti* in *î* coalescant. — 5. Quae vox a consonante incipit, cum *iti* non juncta primitivam (non mutatam) suam formam retineat. — 6. Vocis a pluribus consonantibus vel a *ch* incipientis prima consonans geminetur. —

7. Anudâtta qui udâtta sequitur, in svaritam mutetur, nisi svarita vel udâtta sequitur. — 8. Syllaba quae cum alia, udâtta notata, coalescit, et ipsa udâtta signetur. — 9. (Anudâtta), qui alium anudâtta (niyatam) sequitur, anudâtta pronuncietur (resp. anudâttae signo (-) notetur). — 10. (Anudâtta) qui svaritam sequitur, in procayam mutetur (ita ut non scribatur). — 11. Omnes anudâttae, qui svaritam sequuntur, quotquot sunt, in pracayas mutantur. — 12. Ea tantum syllaba, quae alium udâtta proxime praecedit, altius etiam demittitur. — 13. 14. vide post IX. 18.

IX.

1. Ante vocem a consonante incipientem, cujus prima syllaba accentu anudâtta signata est, ultima *iti* vocabuli syllaba svarita notetur, ipsa vero vox a primitiva sua (padapâthae) forma ne mutetur. — 2. Porro, prima syllaba (anudâtta signata) vocis a vocali incipientis cum vocabulo *iti* conflua accentu svarita notetur, quod vero restat verbi forma padapâthae pronuncietur. — 3. Vocabuli *iti* ultima syllaba accentu niyata notetur: 1. ante vocem a consonante incipientem, quae (monosyllaba) udâtta habet; 2. ante vocem a consonante incipientem cujus prima syllaba udâtta habet; 3. ante vocem a vocali et una syllaba niyata signata incipientem; 4. ante vocem a syllaba svaritam habente incipientem. — 4. Vocabulum *iti* solo accentu udâtta (in utraque syllaba) notetur ante vocem a vocali incipientem, quae aut monosyllaba udâtta ha-

bet, aut udâttam in prima syllaba gerit. — 5. Vox nullo alio accentu quam niyata notata (post *iti*) cum pracaya pronunciatur.

6. Sex haec voces: *râdhah*, *rathah*, *gnâh*, *divah*, *jâh*, *ritah*, quae literam *p* antecedentes *samâpâdyâni* vocantur, nec non *anjâhpâ* et *duhpra* quum priora compositorum membra formant, non divisae cum vikrama ponantur.

7. Vox, quae in sanhitâ vel in pada nîcasvaritae nomine vocatur, ea cum kampa proferenda est; quae vero cadit in *â*, excipienda est. — 8. ? — 9. Item kampa occurrit in locis his: *abh'iddhas*, *abh'îtis*, *abh'itim*, *kany'â iva*, *urvy'ûtir*, *dronyâçvâsah*. — 10. Verba ad modum adverbii *nyak* formata, etsi absente anudâtta, tamen cum kampa pronuncianda sunt. — 11. *vyòman*, *vyènî* et *v'î'va* vocabula kampa instructa sunt, etsi (in primitivis suis formis) in prima syllaba accentu udâtta notata sint (*vyòman* - *vi* + *omân*, *vyènî* - *vi* + *enî*, *v'î'va* - *vi* + *iva*). — 12. *vyâktâ* et *rîty'âpâ* kampa instructa sunt, etsi in *â* cadant. — 13. Kampa, quem anudâtta sequitur, in krama delendus est; quum vero udâtta sequitur, primitiva forma (kampa destituta) servari potest. — 14. Versus enumerati in krama kampam literae *v* non amittunt. — 15. ? — 16. Absente udâtta nec kampa fiat; 17. neve (interdum) cum udâtta junctus fiat. — 18. Ex brevi vocali brevis etiam kampa oriatur, ex longa longus; svaritae modo kampam faciat qui sacros libros novit. — VIII. 13. Post udâttam vel etiam svaritam kampa hic illic oritur; 14. in krama vero kampa ne fiat quum anudâtta sequitur.

19. Ut in padapâþha (sic etiam in kramapâþha) non nisi post fines vocum e duabus aliis vocibus compositarum incidendum est.

20. Membrum kramapâþhae finiatur post primum samayae verbum. — 21. Dein samaya (cum sequentibus verbis) conjuncto, post par verborum proxime sequens incidatur. — 22. Unum verbum inter duo samayas interpositum cum priore samaya et primo alterius verbo unum in membrum conjungatur.

23. Itaque hemistichia euphonice non jungenda sunt.

24. Cum kampa pronuncietur nīcasvarita (quaeque) syllaba, tam brevis quam longa vocalis (i. e. tam brevi quam longa vocali instructa). — 25.?

26. Enumerati sex (v. not.) versus (in pada et krama) forma sanhitae scribendi sunt. —

Varietas lectionis.

II. 2. *eteshām pamcānām* UP. — V. 1. *tavagrīyam - tavagrīyam* B. — 3. *mīlhustamāye 'ty āvistye 'ti nida^o* UBh. et C; pro *tapare* UP. scribit *tapari*, A. *satayoh*. — 7. *upācārah samjnakas* ABC, in B et C mutatum ex *upācārasam^o*; UBh. legit *upācārasamjñitas*. — VI. 6. *sahitān* B. *varddhamānān*, omnes codd. (confr. not. ad l.). — 7. *rephasamhi^o* UBh. *repham samhi^o* UP. — VII. 5. *vakārabhūtah* pro *vivrittyākārabhūtah* C. — 6. *ekāra akāro vivrityā* UBh. *vivrityakā^o* R. — 7. *aikāra ākārabhūto vivrityā* UBh. *aikāra ākārabhūtah* UP. — *imam me ity^o* in codd. ABC sic post reg. 14 invenitur. — *nidarçanāni*, pl. sic omnes codd. — 14. *çumdhyyavarjam* UBh. — 18. *ca* deest in UBh. — 19. *sahetikarānair* UP. — 20. *shtusamhite stubhisamhite yathāpadavat pratyārambhah* UBh. *shtusamhite stuvīçabde* (*çabde* in A. postea adjectum est) *stubbhishatvasamhite yathāpadam (yathāpadavat C.) pratyārambhah* ABC. — VIII. 3. *ikārikāra^o* B, et C, qui mutavit ex *ikāre^o* - A? — 4. *āpadyate*, codd. — 7. *svāritodāttam param* B. — 9. *niyatam* UBh. — 10. *pracayah svaram* C. UBh. — 11. *pracayasvaram* UBh. — 13. *yadi* pro *kvacit* UBh. — 14. *kramakāle nu kampasya nīcam ced axaram padam* UBh. — Versus 13 et 14 in A et B ab eadem in utroque codice manu postea adjecti sunt. — IX. 2. *sahetikarānāmtam* A. — 3. *ekāxaram niya^o* AB (lacuna in UP.) — *ca* deest in UBh. — *vāyo ity ava iti nidarçanam* A.C.,

.... *nidarçanâni* B, quae tamen verba AB mutaverunt in textus nostri lectionem. — 5. *sarvam niya*^o BC. UBh. — *pracayah sva*^o B. — 6. *samâpâdyân utta*^o A. *vikrameshu* C. — 8. *paren* pro *bhaven*. A. — 11. *vyenîcîve 'ti* UBh. — *vyenîceti* ABC, quod tamen in A et B in *vyenîvîce 'ti* mutatum est. — 12. *iti ca* pro *api ca* textus codd. — 13. *kampa udâtte* C. — 15. *atha padam vicâryate* UBh. — 18. *anusârena* pro *anurûpena* UBh. — 22. *samayam madhye* UBh. — 23. deest in B et C, in B tamen in margine adjectum. — 24. *ubhau platau* (sic!) A. — 25. *avyaktam srucî 've 'ti nidarçanam* (sic!) B. — 26. *apadakramah* pro *yathâsamhitam* UBh. —

V I T A.

Natus sum Ludovicus Carolus Guilelmus Pertsch Coburgi a. d. XIII. Kal. Majas MDCCCXXXII. patre Ludovico, advocato aulico, quem mortuum jam duodecim per annos lugeo, et matre Emma e gente Saalfeldensi Reinmann. Literarum elementis in schola publica, quae tunc sub urbis nostrae magistratus auspiciis florebat, imbutus, inter cives Gymnasii Casimiriani Coburgensis receptus sum, quod per quinque annos MDCCCXLV—L frequentavi. Deinde examine maturitatis rite superato gymnasium reliqui, ut in alma literarum universitate Friderica Guilelma Berolinensi ad philologiae, imprimis Asiaticae, studia tractanda operam impenderem. Per quatuor semestria, quae Berolini degi, scholis usus sum DD. VV. AUFRECHT, BÖCKH, BOPP, DIETERICI, FRANCESON, GEPPERT, LACHMANN, SOLLY, TRENDELENBURG, UHLEMANN, denique WEBER, qui praecipue non solum literis Indicis diligentissime me imbuit, sed familiari etiam quam mihi secum concessit consuetudine in perpetuum sibi devinxit. Berolino mense Aprili anni h. s. quinquagesimi secundi Tubingiam me contuli, unde auditis DD. VV. REIFF, VISCHER, imprimis vero D. V. ROTHII scholis mense Octobri ejusdem anni Berolinum reversus per tria semestria insequentia scholis interfui VV. DD. DIETERICI, GEORGE, GOSCHE, LEPSIUS, RANKE, SCHOTT, WEBER, quos, sicut omnes meos praeceptores, pio gratoque animo semper venerabor.

THESES.

1. Dialecti prākṛitae, non ex lingua sanskṛita, sed ex antiquiore lingua vedica ortae, nomen inde duxerunt, quod vulgus iis uteretur.
2. In loco Urvâçî 41,10 ed. Boll. pro *pattiâdi* sive *pattiâadi* legendum est *padiâdi* sive *padiâadi* = *pratiyâti*; illae enim formae frustra tentantur ab interpretibus.
3. Nullius linguae ingenium sine comparativae grammaticae studio penitus perspici potest.
4. Megasthenes res Indicas explorans quoad fieri potuit suo iudicio quam Indorum testimonio uti maluit.
5. Ab Homero in versibus illis Od. I. 22 et 23:

*Αἰθίοπας, τοὶ διχθὰ δεδαίεσται, ἔσχατοὶ ἀνδρῶν,
οἱ μὲν δυσσομένον Ὑπερίονος, οἱ δ' ἀνιόντος.*

Aethiopum orientalium nomine aborigines Indici significantur.



Decidified using the Bookkeeper process.
Neutralizing agent: Magnesium Oxide
Treatment Date: July 2007

Preservation Technologies

A WORLD LEADER IN PAPER PRESERVATION
111 Thomson Park Drive
Cranberry Township, PA 16066
(724) 779-2111



WERT
BOOKBINDING
Grantville Pa
July - Aug 1987
We're Quality Bound

LIBRARY OF CONGRESS



0 019 359 790 7